


**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Systema corporis naturalis - Cod. Ettenheim-Münster 301**

**[S.l.], [17. Jahrh.]**

[urn:nbn:de:bsz:31-130997](#)



E.M. 301





*Systēma  
Corporis Naturalis  
seu  
Dissertatio De ejusde  
Principiis et Proprietatibus.*

Quae corporibus vel omnibus, vel diversarū spēcierū cōspicuntur.  
Ita omnia seorsim tractanda sunt; nea ne ea aliquantes  
repeti necesse sit. Talia sunt, quae tum corporū principia,  
tum eorū proprietates. alia vetera, alia recentiora, alia  
Novissimorū circa huc opinio vel sententia gl. illa vetera  
quæcumq[ue] jāndiu obsoleta, recentiora v.g. Carthesii Gazendi  
negligit incepta; novissimorū vero præsertim Boskovichij  
florebat ubiq[ue]. In hoc Systēmate igitur sequar vestigia, ita  
ut id ilorū principia exprimat, breviare tamen agere, et  
distinctiore fortassis ordine. Interim dedi operam, ut aper-  
tiones non nisi ex principiis indubitate, atq[ue] argumentis,  
quoad in rebus ph[ys]icis fieri potest, evidenti bus demonstra-  
rem, simulq[ue] ea, que contraria esse videntur, manifeste  
diluerem et refellerem.



2.

## Caput I mū.

### De Principiis corporis Naturalis.

§ 1.

Entia illa, quae sensus nostros afficiunt, et ex quibus  
tanquam partibus mundus hic affectabilis coalescit, corpora  
a nobis appellantur.

§ 2.

Erant olim insane mentis Philosophi, qui certitudinem  
existentie corporū negabant, dicentes, nihil nos certi per  
sensus cognoscere posse, eoque nunquam certi sumus,  
vigilemus ne, an somniemus, adeo nos quidem Ideas  
corporū habere dicunt, non autem scire, an revera occident.  
unde et Idealiste dicuntur; quorum insaniam proposuisse  
refutasse est. Cum enim corpora sensu semper vivo,  
constanti et uniformi percipiuntur, ac ab iis continuo atque  
nonnunquam inviti validissime afficiuntur, ea existere  
neesse est, ut Deum perpetuo nobis illudere, quod absit.  
vid. dicta in discursu prel. in univers. philo.

§ 3.

Corpora sunt entia composita: quia innumere sectio-  
nes et divisiones corporū, quas nemo non quotidiana ex-  
periēntia compertus habet, manifeste probant, corpora  
ex partibus certa ratione junctis compositis confabulante.  
atque ens, quod ex partibus certo modo conjugatis coalescit,  
ens compositum est, ut ex ontologia, mo ex ipsa signifi-  
catione nominis constat: ergo d.



54.

3.

Partes ille dicuntur materia prima corporum, seu principia, et quidem ut primaria seu primitiva, id est ea, ex quibus corpus ita componitur, ut ea esset alio non componantur: ut Secundaria, seu derivativa, quae quidem corpus componunt, sed ipsa ex primitivis coalescent; ut sunt v.g. minimæ particulae, ex quibus deinde majores, et ex his moleculæ, ac partes majores sensu perceptibiles, ab alijs tamen integrâ corpora exsurgunt. Illa voluntur elementa corporum, seu prima illa initia ac veluti stamina, eorum quibus corpora primo coalescent, et in que ultimo salte cogitatione resolvuntur.

55.

Essentia corporum sita est in natura elementorum, et in modo, quo ea junguntur. Nam ex ontologia constat, entis compositi essentia in partium indele et modo, quo ea inter junguntur, sitam esse; sed corpora entia composita sunt, ergo eorum essentia in partium sum natura dum conjugatione sitam esse necesse est. Subsumo. aliqui essentia corporum non sita est in natura partium majorum, in quibus resolutio, que ulterius in minores dividit se possunt; cum et ipse sint entia composita: ergo in natura elementorum, in quibus resolutio corporum terminatur ipsa proin elementa sunt materia corporum, conjugatio vero illorum forma dicitur, quia per hanc fit, ut corpora sit potius hoc quam aliud. Et hec forma quidem essentialis est, seu substantialis, ut ait; licet enim partibus non necessario conveniat, ea tamen facti composito, quadratus composito, essentialis est. Schol multitudine partium haec seu elementorum corporis dicitur natura, extensio vero illorum volumen corporis. Iam his presuppositis sit.

56.

Articulus unicus  
De  
Primitiis corporis principiis

§ 6.

Per principia primitiva corporis intelligimus ea, ex quibus  
corpus primo constitui et in qua ultime resolvit intelligitur,  
et que ex aliis non componuntur, atq; adeo non nisi ex  
nihilo oriuntur. § 4: /

§ 7.

Dum de primis principiis seu elementis corporum querimus,  
non volumus, ea primitiis a Deo producta, et ex iis deinde  
corpora formata fuisse, nam Deus ea uno verbo simul creavit.  
gen. i. sed ideo dundersat de his elementis questione institui-  
mus, ut naturam corporum indagemus.

§ 8.

variae circa haec sunt philosophorum opiniones: 1o aliqui  
veteri assignant pro principio primo corporum 4 nota  
elementa sc. terram, aere, ignem et aquam: at perserda;  
nam et hec ipsa ex partibus composita sunt, ac propterea  
compositorum prima elementa esse nequeunt, 2o ali  
statuunt particulas minimas similares, ita, ut as ex  
minutissimis opibus, oculus ex mininis oculis ad componatur.  
Hec autem opinio ex eo ridicula evadit, quod lignum,  
hominem componi ex parvis homunculis. mira domus  
Buffon hanc inceptio adoptasse. tom. 2 hist. natural.

3to: chymici vulgaria sua 5. elementa statuunt medicata  
corporis principia, scil. Sal, seu Substantia Sapidam,  
Sulphur seu Liquor oleosa, Mercuriu, et Spiritu.

5

id est liquorē oleosum, Phlegma, id est aquam et Terram,  
sive Substantiam pulvariam; utpote in qua arte resolvi  
possint corpora. at ipse il Boerhaeue, cuius authoritas  
in rebus chymicis plurimum valet, testatur, elementa ita  
ex aliis composita esse ut Epicurus et Gessenderus corpora  
quæcunque constitutu ex atomis seu particulis minimis  
homogeneis extensis quidem et figuratis, atamen intrinsecè  
indivisibilibus, vero hoc opinio de ipsam destruit. Nam quod  
est extensum, debet habere partes, et consequenter intrin-  
secè indivisible esse negat. Sto: Cartesius ex materia  
homogenea Turbinae patissimum mota in Duplici elementu,  
Subtilissimum rursum, globulosum, et crassum distincta omnia  
corpora coalescere putat. at hoc Systema ingeniosam fabula  
magis, ac dilectioris sonni sapit, quam verisimilitudinem;  
unde et hodie ab omnibus expeditur. Cte: Peripateticis  
materiam primam rerum omnium definient, quod nec quid,  
nec quale nec quantum, nec aliquid eorum, qui bas ens determinatur;  
sit tamen Subjectum rerum omnium. ergo nihil est, aut ens  
merè fictitium, contradictionem involvens, terminus manis,  
et ejus idea de capite, aut saltum vaga, sicut idea substantie  
Spinozo. Tmo: Denum recentiores philosophi Leib-  
nitius, Boskovichius et alii communiter proprin-  
cipius primis corporum statuant entia simplicia, et  
quidem juxta Boskovichium homogenea, prorsus inextensa et  
quorum nullo sunt partes; quæcunque sint vere, Substantiae  
materiales quidem, non quod ex materia facta sint, sed  
quia materia corpora sunt.



6. Porro hec entia simplicia seu corpora elementa a Leibnizio vocantur monades id est unitates; quia ex iis corpore Componuntur velut numeri et unitatis; à Boethio etiam puncta: quia omni extensione carent, perinde ac puncta mathematica. Quare sit nostra circa hec opinio, sequentibus & suis operiems.

§. 9.

Elementa corpora sunt entia simplicia. Ratio ergo si Elementa corpora, que in partibus indeole et modo coniunctio-  
nis sita est, ex partibus eorum compositis intelligi nequit,  
ergo ea vel nunquam intelligi poterit, quod absurdissimum  
est, ut intelligi debet ex partibus corpora simplicibus, et  
consequenter dantur elementa simplicia. ant. prob. distincta  
et completem ideam entis compositi habere non possumus,  
nisi ipsius partes sint simplices. ergo ant. prob. nisi  
partes ipsius sint simplices, sed ipso partes minores  
et minores compositae querenti quid ens compositum  
sit, non possumus respondere, nisi quod sit ens ex con-  
iunctis pluribus entibus compositis conflata; quod utiq.  
est obscurum per seque obsecrum explicare: ergo idea clara  
et distincta entis compositi ex solis entibus compositis  
non datur, immo impossibilis est; cum autem experientia  
repugnet, nullam ens compositum possibile expeririens  
quocumque, ens compositum vere ex simplicibus coalescere.  
2do si in corporibus non datur partes simplices, nequidem  
dabitur ratio sufficiens, cur corpore entia composita sint,  
ergo elementa corpora entia simplicia sunt. ant. prob. ex notione  
compositi intelligi non potest, cur ens aliquod compositum  
sit, ut ex presentibus potest: ergo ratio sufficiens non in  
composito, sed in ente simplici querenda est, sicut nec ratio  
sufficiens numeri in numero, sed in unitate queri debet.

310 In divisione corporum tandem ad terminos perveniri debet, ultra quos procedi posse non possit: ergo devenerendum est ad entia simplicia omnis divisionis incapacia. ant. prob. Si corpora nullas partes habent, in quibus divisio tandem finiatur, eam divisiō in infinitum continuari poterit. atque hoc nihil absurdius cogitari possit: ergo m. prob. Si divisiō in infinitum continuari possit, in quovis corpore infinitus numerus partium realiter distinctarū continetur, atq[ue] adeo numerū realem infinitū existere necesse est. atque hoc est absurdissimum: ergo neq[ue] absq[ue], quod aliqui respondeant, in divisione corporis devenire tandem ad ejusmodi minutias, que, licet partibus adhuc conseruantur, extrinsecè tandem anteriori dividendi non possint, quin tandem ipsa et ipsomet partes reales habent perirent. nam hoc contra lana phia gralis supponuntur; vi cuius, quod cuncte partes reales habent, dividendi posse concipitur. ubi igitur divisiō corporū in partibus aliquibus desinit, hec simplices sint separatae. Dein compositum non ita interire possit, ut in nichilo abeat; sed tantoxat nexus partium solvitur, et dissipato nexo partes manent, quo nonnisi abeundo in nichilo interire possunt.

§ 10.

Elementa corporū sunt entia prorsus inextensa, extensa  
enim est, quod partibus extra se positis et ad sensu  
conveniens consistat: alii elementa utique simplicia omnibus  
partibus carent: ergo ea etiam omni extensione carere  
necesse est.

2.

**Corrol.** Igitur quodlibet corporis elementum unico undicatur  
individuo loco loci punto continetur. item elementa  
corporis secundum suam omnibus figure experientia sunt,  
quia figura limes extensionis est.

**Schol.** Sunt, qui elementa quidem simplicia et partibus  
coincidentia habeantur, at nihilominus tamen quedam minima  
sua virtute extensione gaudere existimant. at si minima  
extensione sibi imaginantur, facile etiam minima compositione  
in elementis imaginari possunt, tandemnam ratione  
convicti; in elementis locum habere negant. extensione quippe  
indical partes, et haec compositione. ut an putant illam  
elementis convenire extensionem, que alias extensione simplex  
atque exigentia definitiva appellari, spiritibus libribus  
sunt, qua illi, utat simplices, non unde tantum loca individuum,  
sed et determinatum quoddam spatium ita occupari posse  
dicuntur, ut toti in toto illo spacio, et toti in quavis eorum  
parte existant et vera nesciunt evincunt. elementis ~~est~~  
materialib[us], genus exigentiae formam insolens admirabile, atque  
a corpora, que ex illis sunt, exigentia formam alienam con-  
venire. Imo contrarium aperte constat, nam extensione  
corporis ita super respondere multitudine partium, ut  
spatii, in quo corpus quodcumque existit, pars qualibet  
minima, quam quidem nobis sensu aliquo discernere locat,  
at distincta corporis particula occupetur, experientia certa  
est. ergo habita ratione analogie, merito inferitur, etiam  
quavis loco individuum, sive quodvis individuum spatii  
punctum: locus enim non nisi punctum est: a distincto seu  
singulari puncto individuo materiae occupari. Denique ut con-  
tendent illi, aliquae extensione elementarum nequaquam esse, ut  
ex iis corpus extensionem coalescere possit et vera fallatur, non ad  
conducendum extensionem elementis extensis hanc quaque  
oposse, deinde ergo potebit.

S. ii.

Verisimillimum est, omnia corporis elementa esse omnino homogenea seu sibi simillima. quod sic probo. 1<sup>o</sup> Si elementa non essent homogenea sed heterogenea, ut vult Leibnitus, deberent vel figura vel magnitudine vel viribus quibusdam differre: atque figura et magnitudo seu extensio elementis non convenit. 2<sup>o</sup> spread/ et nulla ratio adest, ut elementis aliis alias et non potius omnibus eadem vires attribuamus. ergo. 3<sup>o</sup> omne massarum discrimen a sola dispositione et diversa combinatione elementarum derivatur: ergo elementa ipsa homogenea esse nichil prohibet; preciusque quis ad hanc homogeneitatem in elementis; et discriminis rationem in massis ipsa nos analogia naturae dicit, nam cum vi operationum chymicarum ad adeo pauca numero, et ad adeo minus inter se diversa principiorum genera in corporum analysi deveniatur, id ipsum indicio est, quo alterius possit promoveri analysis, eo ad maiorem simplicitatem et homogeneitatem deveniri debere, adeoq; in ultima demum resolutione ad eum quidem principia indiscernibilium et rationis sufficientis a Leibnitio usq; ad eum deprendata <sup>homogenitate</sup> et simplicitate summa, contra nichil omnino possunt.

Schol. ad perfectam similitudinem duorum requiritur consensus in omnibus omnino proprietatibus, quae ad speciem vel qualitatem pertinent. Porro Leibnitus suam sententiam, qua negat, fieri, ut duo perfecte simil similia, vocat principium indiscernibilium, propter quod illa discerni non possint.

S. iii.

Entia Simplicia vere Substantiae sunt. Constat quippe ex ontologia, non dari Substantias nisi Simplices; dubitari vero nulla ratione potest, quin corpora aliquid substantiae habeant, cum talis sit accidentia insint, quae extra substantiam esse negantur: ergo cum sola elementa in corporibus Simplicia sint, per secum est, elementa esse substantias, materiales scil. I: 5. q. 1.

10.

Schol. cum manifestum sit, in ente composito nihil substantiae esse quam partes, et quibus illud componitur, ens compositum potius pro collectione plurium substantiarum inter se consociatorum, quam pro substantia una habendum est. Interim nil videt, quin substantia composita dicatur ex substantiis simplicibus, que proin nil aliud est nisi multitudine substantiarum simplicium. Iam his positis respondere debet ad objections, quo contra §9. et legg. fieri possunt.

Solvuntur objections. ~ ~ ~

Obj. 2mo. Nullam nobis affirmare possumus idem elementi simplicis prorsus inextensi: ergo non datur.

R. D. ant. nullam nobis possumus affirmare idem ope sensu, seu aeventu. Cant. ope reflexionis seu tactica. Nant. et c.

cum enim elementa singula vires exercent nivis tenues ad moverandas fibras et propagandum motum ad cerebra, ac insuper partibus et extensione careant, sensus nostri ea nuncquam percipere poterunt; quamobrem ad concependum punctum inextensum reflexione opus est. Igilur concipe punctum inextensum ad existentiam pervenire, et certis viribus misceri, et idem inextensi materiae puncti affirmari.

Inff. 2o. Idea reales ejus non habetur, cajus nulla est essentia. aliqui elementi simplicis nulla est essentia: ergo m. prob. essentia rei consistit in suis determinationibus primordialibus, et consequenter in aliquo positivo: aliqui omnia, que de elementis simplicibus dicuntur mere negativa sunt, scilicet inextensa, sine partibus ergo.

R. W. utramq. m. nam vires motrices, que elementis sunt, et de quibus suo loco tractabimus, vere illarum naturam constituant, que ut ipsi aliquid positivum sunt.

Infl. 20. Elementa non sunt, nisi puncta Zenonica, quare  
impossibilitas jam sufficienter demonstrata est, aut sunt puncta  
mere mathematica: ergo illorum non datur idea realis.

Rj. W. ant. Puncta Zenonis quippe vere contradictionem involvunt.  
dicuntur enim incoherentes, sed tamen ex invicem contingentia,  
quod autem fieri negat sine comprehensione, ut infra dicimus,  
et consequenter respondeat, ex iis fieri extensum. Dein puncta  
mathematica mere imaginaria sunt, ac proin non tantum  
nullis viribus sunt praedita, verumne existunt quidem extra  
cognitionem. at ea puncta, que nos pro corpora elementis  
phantamus, et existunt re ipsa ac viribus possunt, esse invicem  
immediate non contingunt. sed de hoc postea.

Infl. 30. qd. cuius ideam habere possumus, v. est substantia  
vel modus: atque elementum simplex modus non dicitur,  
sed nec substantia dici potest: ergo C. m. prob. elementum  
simplex nullus habet proprietates; mox eidem nulla iesce  
possunt accidentia. atque tamen hoc proprium est substantiae:  
ergo u.

Rj. W. 2dam. nam revera impenetrabilitas, mobilitas et gravitas  
non modo corpora, sed et elementa proprietas sunt.  
ratione autem aliare proprietatum v. g. raritatis, densitatis,  
fluiditatis &c et multo magis ratione accidentium seu modorum,  
cum hi potissimum a numero, situ, conversione et nescia  
partium dependant, esse non singulis elementis, sed us  
consecutis dantur et convenire possunt.

120

Inq. 4to. Si elementum simplex est Substantia vel est materialis, vel spiritualis: quidquid dicitur non subdit: ergo m. prob. non est spiritualis, ut ipsi fatemur: non est materialis, quia non est materia: ergo.

R. D. Ant. Quia non est materia, id est, non est factum ex materia: utpote per creationem productum / C. ant. non est materia corporis N. ant. et C. ex entibus quippe simplicibus coalescent corpora tanquam ex materia.

Inq. 5to. Materia essentialiter est extensa et partes habet: ergo si elementum est materia, est extensum, et partibus constans.

R. D. ant. Materia composita, id est, corpus C. ant. materia simplex et ex qua corpus coalescit. N. ant. et C.

Inq. 6to. omne ens simplex est spiritus, non materia: ergo u.

R. D. ant. omne ens simplex vi sentiendi, percipiendi, cogitandi, volendi id predictum C. ant. ens simplex, quod precise partibus caret. N. ant. et C. Substantia quippe haec ens dividitur in ens compositum et simplex; et hoc in cognoscens et non cognoscens, cuiusmodi sunt elementa corporis, vid. Log. Leib. art. 3.10. h. 4.

Inq. 7mo. Leibnitz elementis simplicibus perceptionem et appetitum tribuit sine ad perceptione quidem seu reflexione ad perceptiones habitas: alioquin perceptio est actus entis simplicis spiritualis: ergo.

R. D. M. Tribuit perceptionem, sed per se, et que ex natura elementorum non fluit. C. M. Secus N. M. et C. M. in N. Cons. Leibnitz occasione sui Systematis de Harmonia proposita in hunc et alias errores prolabi nequa habuit.

Inq. 8vo. Sicut elementa simplicia non sunt nisi ipsa materia prima Peripateticorum, cuius tamen ideam deceptricem esse jam omnibus constat: ergo ant. prob. Illa materia prima est extensa, haec non extensa, sine forma haec figura est homogenea, est materia rerum omnium, sicut nos de elementis dicimus: ergo.



R. N. ant. ad prob. N. cons. Si quidem materia illa non habet 13.  
essentiam, quia non est *quid*, nec habet qualitates seu proprietates,  
quia non est *qualis*; nihil autem concipi potest quod nec sit  
quid nec quale. Est igitur duxoxal substantia vaga, in imagi-  
natione et non actu existens.

Obj. 2do. Corpora sunt in infinitum divisibilia: ergo non  
componuntur ex entibus simplicibus.

R. D. ant. Non est, opephantiae concipi possunt quasi in infi-  
nitum divisibilia. C. a. vere et realiter N. ant. et cons. alias  
eiam corpora continerent numeros seu partes illas reales infi-  
nitam, quibus nihil absurdius cogitari potest.

Inq. non est possibilis resolutio corporum usq; ad elementa  
simplicia: ergo hec non dantur.

R. D. ant. Non est possibilis virtute humana C. ant. Cum enim  
successive devenir aportent, ad corpuscula minutissima, que  
lensus omnino fagiant, facile capimus, cur virtute humana  
non possit fieri ejusmodi resolutio. virtute altiori v.g. angelica,  
aut omnino divina. N. ant. et cons.

Obj. 3to. Singula corpora comprehenduntur per extensa: ergo et  
alia sunt elementa. Cons prob. Legitimo ratiocinio ex impenetra-  
bilitate corporum inferatur impenetrabilis elementorum: ergo  
etiam ex extensione corporum etiam extensio elementorum.

R. 4o. Retor. arg. Corpora composita et sensibilia sunt. ergo etiam  
elementa corporum sunt composita et sensibilia; quod autem  
falsissimum est.

R. 5do. N. C. et Paul. Disparitas est, quia extensio est proprietas  
corporum a ratione entis compositi et a modo compositionis  
dispendens; ideo legitimo ratiocinio non inferatur, extensio  
etiam elementis competere: contra, cum impenetrabilis sic  
non pendeat, sed precise materie proprietas sit, legitime  
concluditur, eam etiam elementis propriam esse. de his  
plura mox postea.

14. Obj. 4to. Ex intensis elementis non potest concipi fieri extensum corpus. ergo C; ant prob. extensum et compositum partibus distinctis consistat: ergo constare non possunt ex rebus, que partibus destitute sunt. cons. prob. esse partium jam supponit extensionem. ergo d.

R. 20. hanc argumentatione via nomen per para logismis mereri, quia vitio nimis aperto laborat. Sunetur enim pro principio demonstrationis, quod in questione est; scil. compositum et extensum non posse constare ex rebus, que partibus destitute sunt. nonne unitas unitas pars numerus est, licet ipsa numerus non sit?

R. 20. Dicitur ant. Si elementa corporum in conjugatione ad attractum mutuum in medium pervenient. C. ant. et ideo ex punctis rationis intensis et le contingentibus requiri fieri extensum, ut iam supra diximus. Si non pervenient ad attractum mutuum; N. ant. et cons. nam si non pervenient ad attractum mutuum, sed minimo intervallo a se vicem se junguntur, facile intelligitur, ea dividuum fratrum inservere debere, et consequenter ex iis confici extensum. De quoplibet ad 2. N. Cons. justa s. respons. ad 2. N. ant. nam ratio sufficiens extensionis corporum non est ipsa extensio, sed actio positio et uno partium; sic enim corpora extensa sunt licet partes extensa non sint.

Inq. 20. Unitia inextensa et extensa, seu simplicia et composita sunt sibi opposita: atque intelligi nequit, unum oppositum ex altero aliquoties sumpto effici posse: ergo.

R. D. m. effici, id est, unus et quidam cum illo essentie fieri posse. C. m. id est, componi posse N. m. et cons. Composito enim precipito in conjugatione partium sita est; hec enim sola effratio, corporibus unum totum constituant. Ita ratio compositi non intelligitur nisi ex partibus simplicibus ex §. 9. Sic etiam unitas numerus non est, et tamen ex pluribus unitatisibus exurgit numerus.

Inff 2o: ex pluribus finitis non potest fieri infinitum. ergo ne  
ex pluribus inextensis extensa.

R. N. Cons. Disparitas est quia infinitas est determinatio absolu-  
ta entis que a compositione minime pendet, atque adeo toti  
minime convenient, nisi partibus convenient. quamvis pre-  
terea alia ratio sit, cur ex finitis infinitum coalescere  
niqueat. nam cum numerus infinitus impossibilis sit,  
evidenter, ex partibus reissa distinctis finitis non posse  
fatum infinitum fieri. ~~compositione~~ Compositio vero tunc est  
Compositum est determinatio comparativa, que in sola macti-  
tudine et coniunctione partium sita est, ac toti convenire potest,  
licet singulis partibus secundum acceptis non convenient, quemad-  
modum quoque partes ipso finali sumpta mactitudinem configi-  
nere possunt, qualis nulla eam secundum est.

Obl. 5to: experientia conservatas, rerum omnia corporaria  
tantum esse dissimilitudinem, ut nec duo ex unquam folia  
prorsus similia in amplissimis syliis reseruantur: ergo  
neque elementa homogenea seu similia esse credenda sent. R.  
N. Cons. nam omnis hec rerum corporaria varietas et dissi-  
miludo a sola diversa partium coniunctione proficiuntur, quibus  
corpora possunt esse dissimilia, quin talia sint elementa; dissi-  
miludo enim est determinatio comparativa abesse a compari-  
tione pendens, adeoque ex inductionis ad elementa requiri extendi.

Inff 3o: si elementa essent homogenea seu inter se simillima  
non possent ex iis Componi diversissima hec, que cernimus,  
corpora: ergo.

compositum  
in et compars  
non possunt  
nobis reporta

alogismus  
materiam  
hinc est  
hunc exibus  
hunc personam

ratione ad  
ut et deo  
tibus regit  
conveniunt  
hunc conviunt  
a membra  
ratio implie  
sum de quodlib  
a ratio suffici  
ad hanc possit  
fundatur

hunc et compars  
nunquam approbat

quod  
compositum  
ut ratio corpor  
intelligitur us  
ceterorum cogit

16.

*R. N. ant.* nam facile concipimus ex varia coniunctione elementorum primo oriri minimas particulas, quae corpuscula primitiva vocantur et ex horum varia coniunctione paulo majores, quae corporacula derivationis dicuntur, tum vero ex horum coniunctione moleculae majores, et ex his partes majores ac sensu perceptibiles, atque ipsis denigris integra corpora coalescent. En imaginem quandam eam, quae certius in natura. Ponamus ne homogeneis & bis similiis significativa sententia sed non contingentes quidem sed tamen sibi adeo vicina, ut inter illa non nisi 24. diversas oriri notas alphabeti. Longe plures enim crassi populantur numerus notarum 24. juxta Schottum in sua mag. univ. induere polyph. diversarum dispositionum. Librum d. 620. Septillions. 1447 quintillions. 402 quadrillions. 723 trillions. 229. billions. 439. millions. 36000. jam applica here imaginem re ipsa vid. Boethius Theor. In libro. Si duo quidam individua perfecte similia nulla est ratio sufficiens cur uno in isto, altero in illo loco ad eum ponatur. aliquid quidam agere sine ratione sufficiens sapientie Dei resupnat. ergo.

*R. D. ill.* nulla est ratio sufficiens, que rebus creatis ipsis continetur. Ceterum que in ipsa Dei liberima voluntate continetur. *N. ill.* quis autem cognoscet ab ea ad eum modi actiones independentes Dei voluntate per rationem aliquam sufficiens, que in rebus creatis continetur, determinare debere?

*In libro.* Si duo individua perfecte sunt similia, ea neque a Deo discerni possunt. absit nos ergo similia sum in omnibus proprietatis, que ad speciem eius pertinet, sum in iis, quae individuum differentias voluntus. *Ceterum* in illo loco non sunt similia nisi in aliis. *Et sic de aliis.* quidam duo similia consentiant in omnibus omnino proprietatis, que ad speciem vel speciem pertinent, discrepant vero in iis notis, quae individuum differentias nominamus. *Tu hoc est* quod in una re insit, et non in alia. haec differentiae sicutem ab infinita intelligentia perspicili populantur, licet a nobis non cognoscantur. Imo facte ratione loci ejusmodi similia differenti, ea auctem certe, quae sic differenti discerni possunt. At certe nos individua, que re ipsa discernimus, non nisi per notas mutabiles o. g. loci, temporis & interscere solamus, ut dicimus in Logica.

25

## De natura et proprietatibus elementorum ac eius corporis.

§ 13

Elementorum natura cognosci maxime debet ex proprietatibus et mutationibus corporis. Iam quia, ut ex ontologia constat, in essentia uniuscujusvis rei continetur ratio sufficiens. Iam omnium ius proprietatis quam etiam ejus mutationum: atque essentia corporis in natura et conjugatione elementorum sita est: §. 5. ergo et ratio sufficiens eorum proprietatum, que corporibus convenienter, earumque mutationes, que in corporibus eveniuntur, in natura et conjugatione elementorum continetur; et consequenter natura elementorum ex ipsis cognosci debet. Iam quia proprietates, mutationesque corporis nobis prius et magis nota sunt quam natura elementorum; illas enim sensibus percipimus, igitur vero solo intellectu cognoscere possumus: atque una-quecunq; res, cujas notitia desideratur, cognosci debet ex rebus, que et cum illa conexa; et magis quam ipsa, nobis nota sunt. ergo natura elementorum ex proprietatibus et mutationibus corporis seu generativis ex phenomenis eorum cognosci debet.

Iehol. ergo Newtoni methodus, qua per analysis primam ex pro-  
prietatibus corporis natura elementorum et inde natura corporis  
exicit, ac Iam per synthesis ex ista proprietates corporis explicat,  
preferenda est methodo Cartesii, qui prius natura elementorum  
et corporis constituit, quam in eorum proprietates inquirat.

§ 14

Ratio omnium proprietatum rei: Continetur in ejus essentia: 1. § prec: 1. quavis ergo proprietas corporibus convenienter, vel quae sunt entia composita, id est, propter rationem entis compositi;  
vel quia ex talibus partibus composita sunt; id est, propter  
naturam elementorum, vel quia ex partibus taliteratione junctis  
composita sunt, id est, propter modum compositionis. quod si itaque  
proprietas aliqua, corporis nec a ratione entis compositi, nec a modo  
compositionis pendeat, sed etiam proprietas elementorum, cum ad eorum  
pertineat natura. Secus si ab illis dependeat; elementa quippe sunt  
entia simplicia. § 9.



Coll.

coroll. Ita ergo elementis corpora nec raritas, nec densitas, nec fluiditas, nec elasticitas corpora convenient; manifestum enim est, eos omnes a ratione entis compositi id est a numero, sita, conservatione et nexo partium pendere. Impenetrabilitas vero, mobilitas, inesse et gravitas non modo corpora, sed et elementorum proprietates sunt: cum exploratus sit, eos nec a ratione entis compositi nec a modo compositionis pendere. impenetrabilitas quippe et mobilitas variata multitudine aut mutata junctura partium nuncquam mutatione aliqua subeunt; et similiter notissimis experimentis constat, in vacuo gravitatem omnium corpora eandem prorsus et aequaliter esse, quecumque denum massa et compositione discrimina fuerint, adeo ut nemini iam dubitare licet, quin aequalitas illa gravitatis seu potius ponderis, que extra vacuum notatur, resistentie fluidi, in quo corpora moventur, tribui debet.

Schol. Proprietates corpora, que ex sola natura elementorum oriuntur, vocamus absolutas, ceteras vero, que ex ratione compositi aut modo compositionis eruntur, comparativas dicimus. Iam his presuppositis ad quanda particulares elementorum et exin corpora proprietates transeamus, v.g. de Continguo et Continuo; ante tamen agas crit, quidam de loco, spatio et tempore premittere.

### Articulus imus

#### De Ipsatio, et loco.

Cum Philosophi locum ea partem ipsati considerent, patet alterum ab altero se jungi non posse; sed natura unius per naturam alterius explicari debere. Corpus quidem est in loco, loquuntur omnes, sed dum adire volunt, quid sit locus et ipsatio, non habent; unde mirum, in qua diversas abiurint sententias seu opiniones, quas tamen hic recensere nimis longa foret



§ 15.

Plura entia, que eadem tempore existunt, dicuntur simultanea,  
 ea vero, que diverso tempore existant, ita tamen, ut dum  
 una eorum existere definit, altera existere incipiat, successiva appellantur.

§ 16.

Locus, quem in determinato loco exigit, dicuntur locata. relatio  
 vero, quod ens ratione loci ad aliud quodcumque ens alibi locata  
 habet, latus ens nominatur.

§ 17.

Si res plures simultanea locata existent in diversis locis,  
 ita ut inter eas aliquid interponatur, aut interponi possit  
 in immobili, dicuntur ab invicem distantes; si existunt in diver-  
 sis locis ita vicini, ut inter ipsas nihil interponatur, aut  
 illis immobili interponi possit, vocantur contiguae; si denique  
 in uno eodemque loco simul existunt, dicuntur concentratae.

§ 18.

Spatium non est ipsa immensitas Dei, ut vult Newtonus cum  
 aliis quibusdam; nam immensitas Dei est ipsa Dei experientia, scilicet  
 ipse Deus; ergo spatium est ipse Deus, atque adeo ens prorsus  
 simplex atque individuum, quod utique absurdum est. Dein inter  
 omnes Philosophos meo homines convenit, spatium esse measurable;  
 cum enim distantias corporum metimur, non nisi spatium inter  
 illa inter secum metimur; at Dei experientia profecto measurable  
 non est.

§ 19.

Spatium non est tantum extensis aliqua idealis, nam res locata  
 diversa loca occupant, scilicet omni operatione materiali; non  
 est igitur aliquid ideale, sed reale: aliqui locis est pars  
 spati, ut omnes convenient: ergo neque spatium est aliquid  
 ideale sed vere reale.

20

§ 20.

Nec spatiu nec locu est quid ab ipsis rebus simulaneis  
distinetur: sunt enim mera discrimina coexistenter  
simulaneorum. unde nec spatio nec loco existentia competere  
potest sine rebus simulaneis acte localiter extensis.

§ 21.

Spatiu est Series reru simulaneorum non comprehendatur,  
sunt ut dicimus, extra se positoru. nam deinde sensu  
intimo, cum tale serie concipimus, presentem habemus  
ideam spatii; et vicissim cum de spatio cogitamus, tale  
serie reru sall confab nobis representamus: ergo  
spatiu re vera nihil aliud est, nisi Series reru simulaneorum  
extra se positoru. unde conglutinatur tum per res simul-  
aneas ipsas, tum per modos, quibus ille extra se posito  
sunt, fibiis in vice coexistunt. nam sine his et ipsis series  
ejusmodi concipi non potest.

§ 22.

Spatiu tot habet partes, quae sunt entia simulanea, que  
icelud constituant, ut perspicuum est; et primum si ens partibus  
extra se positis constat, illud se solo constituit spatiu aliquod;  
unde et spatiu occupare et impinguare dicuntur.

§ 23.

Series reru simulaneorum re ipsa existenter et extra se  
positoru vocatur spatiu actuale; series vero reru tantu  
possibilium est possibile; illud ab aliis dicitur reale  
icelud vero imaginariu; sed per se. non quidquid ad existendum  
aptu est, id reale est; sed etiam spatiu possibile est aptu ad  
existendum: ergo reale est; unde patet, sola illud connotativa  
spatiu, quo phantasia velut receptaculum quoddam reru  
locandorum longe latius extensus representat imaginariu  
appellari potest.

§ 24.

23.

Porro spatiū, in quo vel plānē nihil vel nullū factū corpus aut materia existit, vacuū dicuntur, de cuius posibilitate et exigentia alibi dicemus.

§ 25.

Locus est determinatus modus, quo ens in serie rerū simultanearū extra se positum existit. non locū concepias tanquam spatiū partē; adeoq; locus est aliquā corā, quae spatiū constituit: atq; spatiū constituit res simultaneas extra se posita, et consequenter atq; modi, quibus invicem coexistunt: ergo locū est modus determinatus, quo ens ad locū quisque non est ens, cum locū aliqua factū ratione distinctus sit a re locata: ergo est modus.

§ 26.

omnis locus est respectivus seu comparativus; quia locū entis absq; respectu ad entia cetera simultanea, quibus illud existit, intelligi nequit: unde nullus propriè dici potest absolutus factū in presenti rēnū statu.

§ 27.

Si ens pluribus partibus extra se positis conget, adeoq; per le spatiū insplet; § 22. perspicuum est, illud non factū unū locū, qui factū respondet, sed simul plura loca singulis partibus respondentia occupare.

§ 28.

Ens in eodem loco persistit, quando in eadem serie rēnū simultanearū eadem modo existit: mutat vero locū si in serie rēnū simultanearū alio modo existere incipiat, quam quo in ea antea existit.

Ihd. jam respondere operatur ad argumenta, quibus adversarii regre de natura spatiū ac loci impugnant opinionē.

24.

Solvuntur objectiones.

Obj. i<sup>mo</sup> Mundus hic a Deo conditus fuit in aliquo spatio: et si mundus hic ad Deo in nihilo redigeretur procul dubio adhuc superaret spatium, in quo ille nunc existit: ergo spatium dari potest sine serie rerum simultanearum.

R. D. 1<sup>ma</sup> part. ant. mundus hic fuit a Deo conditus in spacio, quod ante mundi existentia dubitate possibile fuit, et cum mundo ipso prima a Deo productio est. Cant. Sed hinc nequam sequitur, quod in consequente dicatur mundus hic a Deo fuit conditus in aliquo spatio actuali; quod ante mundum jam existiterit. N. ant. et cons. 2<sup>da</sup> ant. part. N. Simpliciter nam spatium illud actu superesse non potest deprehendere, sed simul cum eo deprehenderet, licet dein actu possibile foret.

Ingl<sup>mo</sup> Deus totum mundum alio transferre poset: ergo si extra hunc mundum datur spatium, quod tamen certe series rerum simultanearum esse requirit.

R. D. ant. alio transferre potest relati ad spatium possibile. Cant. relati ad spatium actuale N. ant. et sic usq. m. N. cons. Item spatium extra hunc mundum non est series actualis rerum simultanearum actu existentium & non est series possibilis rerum simultanearum possibilium. N. extra hunc mundum possibilia sunt plura spatia, quia preter et extra hanc rerum seriem plures aliae res simultaneae possibiles sunt, que extra se seponi, et cum hoc mundo una aliqua serie constitui possunt.

Ingr. 2<sup>o</sup>. Ponamus, Deu omnia possibilea creasse, exigit  
certè omnis illa multitudo rerū in determinato quādā  
loco: poterit quoys eadem simul eadē serie, qua antea exti-  
gerat, loco moveri; inq. aliud locū seu in aliud spatiū transferri:  
atque ictus jam non est series rerū simulancrum sive actualium  
sive possibilium. ergo.

R. hypothesis illa per se est absurdā. Ino ea admissa  
manifeste falso est, quod de immobilitate inēris illius  
magnitudinis dicitur: si enim res omnes possibiles extra  
locū posse exigit, hoc ipso loca omnia et spatia possibilia  
occupata, et impleta sive, recipere est; quoruq; ictus movebitur  
illa multitudo rerū?

Obj. 2<sup>o</sup>. Potest locus concipi in quo nulla ens exigit: ergo  
locus non est modus determinatus existendi in serie simul-  
lanciarū rerū.

R. D. ant. locus mere possibilis aut imaginarius C. ant. locus  
realis et actualis N. ant. et loci.

Ingr. locus omnium iudicio est immobilis: atque modus ille  
existendi non immobilis: ergo non potest dici locus.

R. D. C. est immobilis hoc sensu, quod non moveatur et  
alio transferatur unde cum ente sed interest quando ens  
loco mutat. C. M. hoc sensu, quod vere adhuc superflue  
remaneat, cum ens alio migrat. N. M.



24. D. m. modus ille non est immobilis et sensa, quod remaneat  
et persistit, quando est locum mutat. Cm. et sensa, quod  
non una cum ente locum mutante alio transferatur. N. m.  
perit enim hoc ipso, quod est locum mutat, id est, quod in  
retra simulacra serie alio modo existere incipiat.

§. 29.

Si ens locata existat in uno tantu[m] loco, et sicut compon-  
sita, singula entis partes singulis loci partibus respondentia,  
dicatur antiqua phras[is] circumscriptio existere, seu in loco  
epe. Si vero finalis in pluribus locis contigas seu loci partibus  
existat, ita ut tota in loco illo sitatio, quod pluribus illis  
locis respondet, et finalis etiam tota in quovis eorum  
locorum existat, dicatur definitio existere. Si denique finalis  
in pluribus locis differentibus existat, dicatur replicatio epe

Schol. 1. Jam queritur hic, an existentia definitiva et  
replicatio itera et comprehensio entis absolute impossibilis;  
impossibilis sed, ita ut nec virtute divina fieri possit?

Schol. 2. Comprehensio alia est vera, quares distincte  
vere in uno eodemque loco existunt: alia apparuit, quae inter  
minima interstitia inveniuntur, quod pari corpore volentur, per  
partes diversimodo alicuius fluidi: v.g. olei ita intercipientur,  
ut iam cum altero corpore eundem locum occupare videantur,  
quod tamen re ipsa vera non est. Deinde illa autem non de hac

§ 30:

Quod intrinsecè implicitentia creata definitivè existere,<sup>25.</sup>  
 aut replicari aut inter se compenetrari posse nemo certo  
 demonstrabit. nam nemo hucusq; in modis istis existendi contra-  
 distinctione aperte contineri luculentem demonstravit. unde certè  
 augurari licet, neq; deinceps uero in illis contradictione  
 reprehensa iri. Perpera iijiter 1<sup>o</sup> libentius pro principio  
 prorsus certo assumit, compenetracione duorum adversari distinctione  
 eorum, adeoq; res quovis distinctas necessario in latitudine distinc-  
 tis locis existere. nam hoc apparet falsum est. ad deus in  
 uno eodemq; loco cum rebus creatis sit, quin id cum illis  
 sit. Dein defectus discrimen duorum in modo coexistendi  
 eorum distinctione non obest; etenim illa etia, qao in una  
 vel pluribus determinationibus convenient, et eadem apostolus  
 vocatur, distincta sunt inter se. perpera quoq; agunt illi  
 qui replicatione omne fango certò impossibili rejiciunt.  
 nam plures modi coexistendi cum alio in uno eodemq;  
 ente contradictione per se non involviunt. quia sicut unitas  
 loci identitatis rerum character non est, sic nec loci  
 multiplicatio distinctionis realis character est potest.

§ 31:

Ratio naturalis iam solide probat modos illos existendi  
 omnes possibiles esse, ut probabilitas huius sententiae  
 via ipsius fere certitudinis prestatu posse videatur.  
 nam eo multa possibilia sunt, quorum possibilitas aunganda  
 nobis satis credibilis via fopket in quoq; etia falso  
 apertas contradictiones ternere nos pulaspernus,

nisi nos experientia aut ratio ex existentia seu actu ipsius  
 velorū possibilitez<sup>2</sup> sanguine nobis satis credibilis rite  
 faiſset, ino inferre cogeret. Sic nemo crederet, creatione  
 rei ex nihilo posſibile eſe, nisi id revelatione de nos doceret,  
 et nisi evidens ratio nos conviceret, mundū hunc rypsa  
 ex nihilo conditū eſe; ut nihil conuenire de mysteriis  
 S. Trinitatis, In carnationis & utroque quo possibilia eſe  
 sine revelatione non coperemus: ergo iusta genina logice  
 vel regule rectius statuimus illa omnia, in quibus a  
 nobis quovis adhibito studio nulla contradic̄tio deprehenderetur  
 etiā contradictionis rypsa experientia adeoꝝ verè possibilia  
 eſe. hec vero si ita sint, quid tandem probabilius affir-  
 matur, quam possibilites existentiae definitivae, replicationis  
 et Compenetracionis? <sup>2dō</sup> quod si in hac questione  
 dixi cuncta divina revelationis habemus rationē, quod  
 utiꝝ fieri debet, certissima est decisio nostra. Ex reve-  
 latione, quam de sacramento Eucaristie habemus, certissimē  
 constat, replicatione exāmē omnino possibilia eſe; cum  
 unus idemq; datus sub speciebus Eucaristicis in tot locis  
 diversissimis simulq; in calo ad deatra patris existat:  
 ergo non sine certitudine inferimas etiā existentiae definitivae  
 et Compenetracionis possibile eſe, dum quia hi duo modi  
 existendi rationē multo minus paradoxi eſe videantur per replicatio-  
 nē, dum quia, si unu idemq; ens cibra omnia contradictione

26

27

Simul in pluribus locis dictantibus exigere potest, evidens  
est, posse etiam una idemque ens absq; omni contradictione  
simul in pluribus locis contiguis exigere; et consequenter  
Si una et idem ens simul in diversis locis exigere possit,  
quoniam una idemque esse decimal, etiam plura entia distincta simul  
in eodem loco existere possunt, quoniam distincta esse decimal.

Schol. breviter hic quedam argumenta in contrarium afferr.  
Soluta diluenda sunt. Dicant s<sup>o</sup> ens replicatum esset  
a se ipso distinctum: atque hoc contradictione involvit:  
ergo. cl. prob. juxta regulam communem ea, que simul in  
diversis locis existant, a se invicem distinguari dicantur: ergo.

R. D. ant. iuxta regulam communem in servatis communibus nature  
legibus C. ant. absolute N. ant. et cons. replicatio autem non  
naturaliter sed supernaturaliter duxit et fieri potest.

Ingr. ens replicatum dicitur a se ipso, et consequenter distinctus  
queretur a se ipso: atque hoc etiam supernaturaliter  
implicat: ergo.

R. N. M. ens enim non potest vere dici dicitur ab alio  
ente, si ibide sit, ubi alterum est. loca quidem dicitur, sed non  
res locata.

Dicent. homo v.g. replicatus potest simul in loco et amare, in  
altero ad ipsos ut atque hoc sine contradictione fieri negatur: ergo.

R. N. M. nam opposite hujusmodi actiones ab homine replicato  
potest posse, ad replicationem neesse non est.

28. Ingl. Sicut posset in uno loco sedere in altero stare, in uno  
quiescere in altero moveri.

\* R. Conc. cum enim ista omnia a loco ipso et sibi singularium  
partium corporis pendeant, non video cur illa fieri nequeant  
in corpore, quod diversa loca simul occupat. Sedere sicut et  
quiescere in uno loco, et stare ac moveri in altero, eoque parum contradictoria  
sunt, ac habere partes corporis simul in diversis locis  
diverso modo collocales. Id quod procul dubio de corpore christi  
certe alia ratione in eucharistia quam in celo cœidente  
dura dici debet.

Dicostio. Corpus ex natura sua est impenetrabile: ergo impen-  
etrabilis est comprehendatio. Si dicitur id est, ex natura sua  
habet ea vim, quæ aliud corpus ab attacku suo, nisi ea vis  
per omnipotentiam dei ab agendo impeditur, arare queat.  
Dressantur: id est, ex natura sua habet, ut acta ea vi aliud  
corpus conglanderaret ab attacku suo, quin vel per omni-  
potentiam dei ab agendo impeditri possit. Nam et corpus profecto  
vis ignis ex natura inest comburendi, deus autem efficit, ut vi  
sua non ageret actu in tres pueros babylonios.

### Articulus II<sup>us</sup>

#### De Tempore

S. 32.

Tempus dicitur continua serie mutationum successivarum  
entium, nam ad id, quod nomine temporis intelligimus, nobis  
representare volamus, representamus nobis varios eventus,

caus, ortus progresas, interitas, actiones ad verbo varia muta-<sup>29-</sup>  
tiones rerum continua serie sibi invicem succedentes. et vicibus  
cum huncesse mod. sicut mutationes nobis representamus, continuo  
menti obversatur idea temporis, quod e contrario nunquam  
obtinemus, nisi de fali serie cogitemus. Porro Tempus est  
quid sueciva, cuius partes nequaquam coexistunt, manifestu-  
m. Deinde hanc successionem se continua, itid clara est.  
Coroll. Igittu ante mundum ita, non Deas soles existentes,  
nullus fuit tempus nulla ad esse potest mutatio.

Si ergo in serie  
suo aliisque modo  
tempus vel parte  
in tempore; si  
serie non tempus  
dicitur tempus  
non tempus in tempore.

varum sic existat, ut arba  
coeteris rerum mutationibus  
A illud existere dicatur  
serie, sed tantu cum  
tempus constituant existat,  
de Deo tempori quid coexistat.

Tempus alio modo est actuale, quod est series mutatione-  
rum, aliud possibile seu series mutatione possibilium;  
alio modo imaginariu, quod nobis longua aliqua rebus carum  
mutationibus existentibus prorsus distincta, easdemque perenni-  
mata, ac incredibili perniciete pretervolens representamus.  
sed ita confuse, ut nullis verbis explicare sati sufficiam.

30. quid dēmā sit, quod nobis representamus, cū nobis tempus,  
illud representamus. unde hoc nihil reale aut positivum est;  
sed mere fictitium.

§ 35.

Tempus omne non considerare nisi in imaginatione, erat opinio  
Cartesii et aliorū, ad dāri tempus, quod sit quod positivum  
et reale, certe est: nam cūjus nōtio nō sit simul dactis  
et indicis, et cūjus datur clara et distincta idea, illud non est  
merē imaginariū sed quid posiblū: ad factūtibus ipsius  
adversarii ita est de tempore: ergo. unde isti tempus ima-  
ginariū a reali hand fato distinxerunt.

§ 36.

Tempus reale ut est præterita, seu series mutationū antea  
factarū: ut presens, seu series mutationū, que nunc acta  
fūnt; ut futura, seu series mutationū, que deinceps  
fūnt. Cū autē plures mutationes successivē simul acta  
exsistere nequeant, manifestū est, tempus non nisi una  
parte temporis, seu tempuscula minima pōse esse presens,  
ad eū verē ac ḡratiā loquendo, nō quā dāri tempus  
presens sed moraliter dāndat, quod durationē aliquā  
importet, et iuxta captiuū vulgi; pars enim temporis, quod  
ipsa etiā tempus sit, scilicet series aliquot mutationū ap̄e debet.

§ 37.

Temporis sunt partes, quod sunt mutationes successivae  
certae series constituentes. Tempus habet momenta.

31

est autem momentum minima quaevis ac individua pars temporis,  
unde etiam instantis dicitur; licet non raro etiam minimus  
tempusculum seu minima pars dividua temporis momentum  
seu instantis vocari solet.

§ 38.

Magnitudinem temporis multitudo mutatione lucis et ardoris  
constituit; ideo ex ista illa metitur. sed autem hoc valde  
difficile ratio via possibile sit, quare ad metendum tempus  
ignota magnitudinis pro measure sumimus tempora certa  
et ad sensum equabile in partes aequales identidem minores  
divisa: illud scilicet tempus, quod motus afferunt solis et  
